cẽcos ꝫ claudi in templo: et sanauit eos. Videntes autẽ principes. pontifices ꝛ scribe mirabilia que fecit. ꝛ pueros clamantes in templo ꝛ dicentes. osanna filio dꝫ. indignati sunt. ꝛ dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. Ihesus autẽ dixit illis. Vtique. Nunquam legistis. quia ex ore infantium ꝛ lactentium perfecisti laudem. Et dimittens eos foras. abiit extra ciuitatem bethaniam. ꝛ mansit ibi. Mane autẽ reuertens in ciuitatem. esuriit. Et cum vidisset fici arborem vnam secus viam. venit ad eam. ꝛ nihil inuenit in ea nisi folia tantum. ꝛ ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et aruit continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit ficulnea. Respondens autem ihesus ait illis. Amen dico vobis. si habueritis fidem ꝛ non hesitaueritis. non solum de ficulnea facietis. sed et si montiq̃ huic dixeritis. Tolle ꝛ mittere in mare. fiet. Et omnia quecunq̃ petieritis in oratione credentes accipietis. Et cum venisset in templum. accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum ꝛ seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis. ꝛ quis tibi dedit hanc potestatem. Respondens autem ihesus dixit illis. Interrogabo ꝛ ego vos vnum sermonem. quem si dixeritis mihi. ꝛ ego dicam vobis in qua potestate hec facio. Baptismus ioannis vnde erat. de celo an ex hominibus. At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus de celo. dicet nobis. Quare ergo non credidistis ei. Si autem dixerimus ex hominibus. timemus turbam. Omnes enim habebant ioannem sicut prophetam. Et respondentes ihesu dixerunt. Nescimus. Et ipse respondens ait illis. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio. Quid autem vobis videtur. Homo quidam habuit duos filios. ꝛ accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operare in vinea mea. At ille respondens ait. Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Accedens autem ad secundum dixit similiter. Ille autem respondens ait. Eo domine. ꝛ non abiit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt ei. Primus. Dicit illis ihesus. Amen dico vobis. quia publicani ꝛ meretrices precedunt vos in regnum dei. Venit enim ad vos iohannes in via iustitie. ꝛ non credidistis ei. Publicani autem ꝛ meretrices credidere ei. Vos autem videntes non penitemini postea ut credatis illi. Parabolam audite alteram. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam. ꝛ sepem circumdedit ei. ꝛ fodit in ea torcular. ꝛ edificauit turrim. ꝛ locauit eam agricolis. ꝛ peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset. misit seruos suos ad agricolas. vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius. alium ceciderunt. alium occiderunt. alium lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus. ꝛ fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricole autem videntes filium dixerunt intra se. Hic est heres. venite occidamus eum. ꝛ habebimus hereditatem eius. Et apprehendentes eum eiecerunt extra vineam. ꝛ occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee. quid faciet agricolis illis. Dicunt illi. Malos male perdet. ꝛ vineam locabit alijs agricolis. qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud. ꝛ est mirabile in oculis nostris. Propterea dico vobis. quia auferetur a vobis regnum dei. ꝛ dabitur genti facienti fructus eius. Et qui cecidit super lapidem istum. confractus est. Super quem autem ceciderit. conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum ꝛ pharisei parabolas eius. cognouerunt quod de ipsis diceret. Et cum querentes eum tenere timuissent turbas. quoniam sicut prophetam illum habebant. Respondens autem ihesus iterum dixit in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi. qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Et nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum parauit. tauri mei ꝛ altilia occisa sunt. ꝛ omnia parata. venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius quidem in villam suam. alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius. ꝛ contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset. iratus est. ꝛ mittens exercitus suos perdidit homicidas illos. ꝛ ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt. sed qui inuitati fuerunt non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum. quotquot inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos ꝛ bonos. ꝛ impletę sunt nuptie discumbentium. Introiit autem rex vt videret discumbentes. ꝛ vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. ꝛ ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus ꝛ pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Multi enim sunt vocati. pauci vero electi. Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt. ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia verax es. ꝛ viam dei in veritate docens. ꝛ non est tibi cura de quoquam. non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur. Licet censum dare cesari an non. Cognita autem ihesus nequitia eorum. ait. Quid me tentatis hypocrite. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis ihesus. Cuius habet imaginem hanc ꝛ superscriptionem. Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari. ꝛ que sunt dei deo. Et audientes mirati sunt. ꝛ relicto eo abierunt. In illo tempore accesserunt ad eum sadducei qui dicunt non esse resurrectionem. ꝛ interrogauerunt eum dicentes. Magister moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filios. vt ducat frater eius uxorem illius. ꝛ suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. ꝛ primus uxore ducta defunctus est. ꝛ non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus ꝛ tertius usque ad septimum. Novissime autem omnium defuncta est ꝛ mulier. In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihesus dixit illis. Errabatis nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur. sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente vobis. Ego sum deus abraham. deus isaac. ꝛ deus iacob. Non est deus mortuorum sed viuentium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius. Pharisei autem audientes quia silentium imposuisset sadducis. conuenerunt in unum. Et interrogauit eum vnus de eis legis doctor. tentans eum. ꝛ dicens. Magister quod est mandatum magnum in lege. Ihesus autem dixit illi. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. ꝛ in tota anima tua. ꝛ in tota mente tua. Hoc est maximum ꝛ primum mandatum. Secundum autem simile huic est. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet. ꝛ prophete. Congregatis autem pharisei ihesus interrogauit eos dicens. Quid vobis videtur de christo. cuius filius est. Dicunt ei. David. Dicit illis. Quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo. Sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo david vocat eum dominum. quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere verbum. neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Tunc ihesus turbis locutus est ꝛ discipulis suis dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe ꝛ pharisei. Omnia ergo quecunq̃ dixerint vobis seruate ꝛ facite. secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim ꝛ non faciunt. Alligant autem onera grauia ꝛ importabilia. ꝛ imponunt in humeros hominum. digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia autem opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim philacteria sua. ꝛ magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cenis. ꝛ primas cathedras in synagogis. Et salutationes in foro. ꝛ vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus enim est magister vester. omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus enim est pater vester. qui in celis est. Nec vocemini magistri. quia magister vester vnus est christus. Qui maior est vestrum. erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur. ꝛ qui se humiliauerit exaltabitur. Vos autem non sic. Qui enim se exaltat humiliabitur. ꝛ qui se humiliat exaltabitur. Vos autem non sic. Qui enim se exaltat humiliabitur. ꝛ qui se humiliat exaltabitur. Vae autem vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis. nec introeuntes sinitis intrare. Vae vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. quia circuitis mare ꝛ aridam. vt faciatis vnum proselytum. ꝛ cum fuerit factus facitis eum filium gehenne duplo quam vos. Vae vobis duces cecorum. qui dicitis. Quicunq̃ iurauerit per templum nichil est. Qui autem iurauerit in auro templi debet. Stulti ꝛ cęci. quis enim maior est. aurum an templum quod sanctificat aurum. Et quicunq̃ iurauerit in altari nichil est. Quicunq̃ autem iurauerit in dono quod est super illud debet. Cęci. quid enim maius est. donum an altare quod sanctificat donum. Qui ergo iurat in altari iurat in eo ꝛ in omnibus que super illud sunt. Et qui iurat in templo iurat in illo ꝛ in habitante in eo. Et qui iurat in celo iurat in throno dei ꝛ in sedente super eum. Vae vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. quia decimatis mentam ꝛ anetum ꝛ cyminum. ꝛ reliquistis que graviora sunt legis. iudicium. misericordiam ꝛ fidem. Hec autem oportuit facere. ꝛ illa non omittere. Duces cecorum excolantes culicem. camelum autem glutientes. Vae vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. quia mundatis quod de foris est calicis ꝛ catini. Intus autem pleni estis rapina ꝛ immundicia. Fariseę cece. munda prius quod intus est calicis ꝛ catini. vt fiat id quod de foris est mundum. Vae vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. quia similes estis sepulchris dealbatis. Que a foris parent hominibus speciosa. intus autem plena sunt ossibus mortuorum ꝛ omni spurcitia. Sic ꝛ vos a foris quidem paretis hominibus iusti. intus autem pleni estis hypocrisi ꝛ iniquitate. Vae vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. quia edificatis sepulchra prophetarum. ꝛ ornatis monumenta iustorum. ꝛ dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum. non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonium perhibetis vobismetipsis. quod filii estis eorum qui occiderunt prophetas. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes. genimina viperarum. quomodo fugietis a iudicio gehenne. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas ꝛ sapientes ꝛ scribas. Ex illis occidetis ꝛ crucifigetis. ex illis flagellabitis in synagogis vestris. ꝛ persequemini de ciuitate in ciuitatem. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti. usque ad sanguinem zacharie filii barachie. quem occidistis inter templum ꝛ altare. Amen dico vobis. venient hec omnia super generationem istam. Ierusalem ierusalem. que occidis prophetas ꝛ lapidas eos qui missi sunt ad te. quotiens volui congregare filios tuos. quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. ꝛ noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis. non videbitis me amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Et egressus ihesus templum ibat. Et accesserunt discipuli eius ostendere ei edificationem templi. Videbant autem hec omnia. Et respondens ihesus dixit illis. Amen dico vobis. non relinquetur hic lapis super lapidem. qui non destruatur. Sedente autem eo super montem oliueti. accesserunt discipuli ad eum secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt. ꝛ quod signum aduentus tui ꝛ consummationis seculi. Et respondens ihesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes. Ego sum christus. ꝛ multos seducent. Audituri enim estis prelia ꝛ opiniones prelioꝝ. Videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri. sed nondum est finis. Surget enim gens contra gentem. ꝛ regnum aduersus regnum. Et erunt pestilentie. ꝛ fames. ꝛ terremotus per loca. Hec autem omnia initia dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem. ꝛ occident vos. Et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi. ꝛ inuicem tradent. ꝛ odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgent. ꝛ seducent multos. Et quoniam habundauit iniquitas. refrigescet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit. Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe. in testimonium omnibus gentibus. ꝛ tunc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationem desolationis que dicta est a daniele ꝓphęta. stantem in loco sancto. qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes. Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. Vę autem grauidis ꝛ nutrientibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit ab initio mundi usque modo. neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit. Ecce hic christus. aut illic. Nolite credere. Surgent enim pseudochristi ꝛ pseudoprophete. ꝛ dabunt signa magna ꝛ prodigia. ita ut in errorem inducantur. si fieri potest. etiam electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est. nolite exire. Ecce in penetralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente. ꝛ paret usque in occidentem. ita erit ꝛ aduentus filii hominis. Vbicunq̃ fuerit corpus. illic congregabuntur ꝛ aquile. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur. ꝛ luna non dabit lumen suum. ꝛ stelle cadent de celo. ꝛ virtutes celorum mouebuntur. Et tunc parebit signum filii hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre. ꝛ videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa ꝛ maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba ꝛ voce magna. ꝛ congregabunt electos eius a quatuor ventis. a summis celorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficus discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit ꝛ folia nata. scitis quia prope est estas. Ita ꝛ vos cum videritis hec omnia. scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis. quia non transibit generatio hec donec omnia hec fiant. Celum ꝛ terra transibunt. verba autem mea non transibunt. De die autem illa vel hora nemo scit. neque angeli celorum. nisi solus pater. Sicut autem in diebus noe. ita erit ꝛ aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes ꝛ bibentes. nubentes ꝛ nuptui tradentes. usque ad eum diem quo intrauit noe in arcam. ꝛ non cognouerunt donec venit diluuium ꝛ tulit omnes. ita erit ꝛ aduentus filii hominis. Tunc duo erunt in agro. unus assumetur. ꝛ unus relinquetur. Due molentes in mola. una assumetur. ꝛ una relinquetur. Vigilate itaque quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote. quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset. vigilaret utique. ꝛ non sineret perfodi domum suam. Ideo ꝛ vos estote parati. quia qua hora non putatis filius hominis venturus est. Quis putas est seruus fidelis ꝛ prudens. quem constituit dominus super familiam suam. vt det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis. super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo. Moram facit dominus meus venire. ꝛ cepit percutere conseruos suos. manducet autem ꝛ bibat cum ebriosis. veniet dominus seruo illius in die qua non sperat. ꝛ hora qua ignorat. ꝛ diuidet eum. partemque eius cum hypocritis ponet. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus. que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso ꝛ sponse. Quinque autem ex eis erant fatue. ꝛ quinque prudentes. Sed fatue accipientes lampades non sumpserunt secum oleum. Prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso. dormitauerunt omnes ꝛ dormierunt. Media autem nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit. exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę. ꝛ ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro. quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis ꝛ vobis. ite potius ad vendentes. ꝛ emite vobis. Dum autem irent emere. venit sponsus. Et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. ꝛ clausa est ianua. Novissime autem veniunt ꝛ reliquę virgines dicentes. Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis. nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Sicut homo peregre proficiscens vocauit seruos suos. ꝛ tradidit illis bona sua. Ꝛ uni dedit quinque talenta. alij autem duo. alij vero unum. unicuique secundum propriam virtutem. ꝛ profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat. ꝛ operatus est in eis. ꝛ lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat. lucrifecit alia duo. Qui autem unum acceperat. abiens fodit in terram. ꝛ abscondit pecuniam domini sui. Post multum autem temporis uenit dominus seruorum illorum. ꝛ posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat. obtulit alia quinque talenta dicens. Domine quinque talenta tradidisti mihi. ecce alia quinque lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone ꝛ fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra in gaudium domini tui. Accedens autem ꝛ qui duo talenta acceperat. ait. Domine duo talenta tradidisti mihi. ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone ꝛ fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra in gaudium domini tui. Accedens autem ꝛ qui unum talentum acceperat. ait. Domine sciebam te quia homo austerus es. metis ubi non seminasti. ꝛ congregas ubi non sparsisti. ꝛ timens abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei. Serue male ꝛ piger. sciebas quia meto ubi non seminaui. ꝛ congrego ubi non sparsi. oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis. ꝛ veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum. ꝛ date illi qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur. ꝛ abundabit. ei autem qui non habet. etiam quod habet auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua. ꝛ omnes angeli cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis sue. ꝛ congregabuntur ante eum omnes gentes. ꝛ separabit eos ab inuicem. sicut pastor segregat oues ab hedis. ꝛ statuet oues quidem a dextris suis. hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei. possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurui enim ꝛ dedistis mihi manducare. sitiui ꝛ dedistis mihi bibere. hospes eram ꝛ collegistis me. nudus ꝛ cooperuistis me. infirmus ꝛ uisitastis me. in carcere eram ꝛ uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te uidimus esurientem ꝛ pauimus. aut sitientem ꝛ dedimus potum. quando autem te uidimus hospitem ꝛ collegimus. aut nudum ꝛ cooperuimus. aut quando te uidimus infirmum aut in carcere ꝛ uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen dico vobis. quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis. mihi fecistis. Tunc dicet ꝛ his qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est diabolo ꝛ angelis eius. Esurui enim ꝛ non dedistis mihi manducare. sitiui ꝛ non dedistis mihi potum. hospes eram ꝛ non collegistis me. nudus ꝛ non cooperuistis me. infirmus ꝛ in carcere ꝛ non uisitastis me. Tunc respondebunt ei ꝛ ipsi dicentes. Domine quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere ꝛ non ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis. quamdiu non fecistis uni de minoribus his. nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum. Iusti autem in vitam eternam. Et factum est cum consummasset ihesus sermones hos omnes. dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet. ꝛ filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum ꝛ seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas. ꝛ consilium fecerunt ut ihesum dolo tenerent ꝛ occiderent. Dicebant autem. Non in die festo. ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem ihesus esset bethanie in domo simonis leprosi. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi. ꝛ effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec. Potuit enim istud venundari multo ꝛ dari pauperibus. Sciens autem ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum. me autem non semper habetis. Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum. ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis. ubicunq̃ predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo. dicetur ꝛ quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur iudas iscariotes ad principes sacerdotum. ꝛ ait illis. Quid uultis mihi dare. ꝛ ego uobis eum tradam. At illi constituerunt ei triginta denarios. Et exinde querebat opportunitatem ut eum traderet. Die autem prima azimorum accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Ubi uis paremus tibi comedere pascha. Ille autem dixit. Ite in ciuitatem ad quendam. ꝛ dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est. apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus. ꝛ parauerunt pascha. Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et manducantibus illis dixit. Amen dico vobis. quia unus ex vobis me traditurus est. Et contristati valde ceperunt singuli dicere. Numquid ego sum domine. Qui respondens ait. Qui intingit mecum manum in paropside. hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Vę autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus homo ille non fuisset. Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum rabbi. Ait illi ihesus. Tu dixisti. Cenantibus autem eis. accepit ihesus panem ꝛ benedixit ac fregit. ꝛ dedit discipulis suis. ꝛ ait. Accipite ꝛ comedite. hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit. ꝛ dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti. qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis. non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tunc ihesus dixit discipulis suis. Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte hac. Scriptum est enim. Percutiam pastorem. ꝛ dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero. precedam vos in galileam. Respondens autem petrus dixit ei. Si omnes scandalizati fuerint in te. ego nunquam scandalizabor. Ait illi ihesus. Amen dico tibi. quia in hac nocte antequam gallus cantet. ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum. non te negabo. Similiter ꝛ omnes discipuli dixerunt. Tunc venit ihesus cum illis in villam que dicitur gethsemani. ꝛ ait discipulis suis. Sedete hic donec vadam illuc ꝛ orem. Et assumpto petro ꝛ duobus filiis zebedei. cepit contristari ꝛ mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic ꝛ vigilate mecum. Et progressus pusillum. procidit in faciem suam orans ꝛ dicens. Pater mi si possibile est. transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo. sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos. ꝛ invenit eos dormientes. Et dicit petro. Sic non potuistis una hora vigilare mecum. Vigilate ꝛ orate. ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. Iterum secundo abiit. ꝛ orauit dicens. Pater mi si non potest hic calix transire nisi bibam illum. fiat voluntas tua. Et venit iterum. ꝛ invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis. iterum abiit. ꝛ orauit tertio eundem sermonem dicens. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentes in terram. Tunc venit ad discipulos suos. ꝛ dixit illis. Dormite iam ꝛ requiescite. Ecce appropinquauit hora. ꝛ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite. eamus. Ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquente. ecce iudas unus de duodecim venit. ꝛ cum eo turba multa cum gladiis ꝛ fustibus missa a principibus sacerdotum ꝛ senioribus populi. Dabat autem traditor illius signum eis dicens. Quem osculatus fuero ipse est. tenete eum. Et confestim accedens ad ihesum dixit. Ave rabbi. ꝛ osculatus est eum. Dixit autem illi ihesus. Amice ad quid venisti. Tunc accesserunt ꝛ manus iniecerunt in ihesum ꝛ tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum ihesu extendens manum exemit gladium suum. ꝛ percutiens seruum principis sacerdotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi ihesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium. gladio peribunt. Aut putas quia non possum rogare patrem meum. ꝛ exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur scripture quia sic oportet fieri. In illa hora dixit ihesus turbis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis ꝛ fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo. ꝛ non me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Qui autem tenuerant ihesum. duxerunt eum ad caiphan principem sacerdotum. ubi scribe ꝛ seniores populi congregati erant. Petrus autem sequebatur eum a longe usque in atrium principis sacerdotum. ꝛ introiens intus sedebat cum ministris ut videret finem. Principes autem sacerdotum ꝛ omne consilium querebant falsum testimonium contra ihesum ut eum morti tradant. Et non inuenerunt. Et cum multi falsi testes accessissent. non inuenerunt. Novissime autem duo falsi testes dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei. ꝛ post triduum reedificare illud. Et exurgens princeps sacerdotum dixit ei. Non respondes quicquam ad ea que isti aduersum te testificantur. Ihesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi ihesus. Tu dixisti. Verumtamen dico vobis. amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei. ꝛ uenientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur. At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc exspuerunt in faciem eius. ꝛ colaphis eum cęciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes. Prophetiza nobis christe. quis est qui te percussit. Petrus autem sedebat foris in atrio. ꝛ accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum ihesu galileo eras. Ille autem negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem eo ianuam uidit eum alia ancilla. ꝛ dixit his qui erant ibi. Hic erat cum ihesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento. Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant. ꝛ dixerunt petro. Vere ꝛ tu ex illis es. nam ꝛ loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari ꝛ iurare quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi ihesu quod dixerat. Priusquam gallus cantet. ter me negabis. Et egressus foras flevit amare. Mane autem facto. consilium inierunt omnes principes sacerdotum ꝛ seniores populi aduersus ihesum ut eum morti tradant. Et uinctum adduxerunt eum ꝛ tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damnatus esset. penitentia motus retulit triginta denarios principibus sacerdotum ꝛ senioribus dicens. Peccauit tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos. tu uideris. Et proiectis denarijs in templo recessit. ꝛ abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis denarijs dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam. quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus est ager ille haceldama. hoc est ager sanguinis usque hodie. Tunc impletum est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta denarios pretium adpretiati quem adpretiauerunt a filijs israel. ꝛ dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi dominus. Ihesus autem stetit ante presidem. ꝛ interrogauit eum presides dicens. Tu es rex iudeorum. Dicit illi ihesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum ꝛ senioribus populi. nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad ullum uerbum. ita ut mirari presides vehementer. Per diem autem festum consuerat presides populo unum ex vinctis cui uellent dimittere. Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur barabbas. Congregatis ergo illis dixit pilatus. Quem uultis dimittam uobis. barabbam an ihesum qui dicitur christus. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali. misit ad eum uxor sua dicens. Nichil sit tibi ⁊ iusto illi. multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. Principes autem sacerdotum ꝛ seniores persuaserunt populis ut peterent barabbam. ihesum autem perderent. Respondens autem presides dixit illis. Quem uultis horum dimittam uobis. Dixerunt autem. Barabbam. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihesu qui dicitur christus. Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis presides. Quid enim malum fecit. At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem pilatus quia nichil proficeret. sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Vos uidetis. Et respondens uniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros. Tunc dimisit illis barabbam. ihesum autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorium congregauerunt ad eum uniuersam cohort

runt ad eū ceci ⁊ claudi. a ꝓuatōe em̄ in habitū non ꝺ gressus ꝙ natrā. x Et sanauit eos vtute ꝺmia q̄ dns poterat facere vtus creatā. y Videntes aūt principes hic cōsequēter ponit ꝺ xp̄m iudeox indignatio ⁊ diuidit in duas ptes. q: ꝙ ex indignatiōe ipugnāt ei⁹ famā ⁊ scōo eius doctrinam: ibi Et cū veniſſet in tēplū. ꝓma i duas. q: ꝙ ponit iudeox impugnatio. scōo pōit xp̄i rūsio: ibi. Jesus aūt dixit eis. Circa ꝓmū sciendus ꝙ sic frequēter dicit ē ꝓncipes sacerdotū con cepant rancoē ⁊ odiū cōtra xp̄m. ꝙt hoc ꝙ manifeste reꝓhendebat auariciā et alia eox vicia ⁊ vidētes miracula q̄ fecit. infirmos sanā do. ꝫ Et pueros clamantes in tēplo ⁊c. ipm. ſ. eſſe xp̄m vex. a Indignati sunt. verumtn̄ q̄a nō audiebant miracula manifeste ipugnare. ió arguūt eū de applausu populi quē ſuſtinebat circa ſe. b Et dixerunt ei. audis quid iſti dicunt. q. d. ſi m eſſes iuſtus ⁊ bonꝰ tu nō ſuſtineres talem applausum ꝓpli. c Jesus aūt dixit eis. hic ponit xp̄i rūsio. vbi xp̄us oñdit eos iuſte reꝓbandos a deo ⁊ ꝓ ſcto ſcōo euidenti signo: ibi. Mane aūt reuertēs. In ꝓma ꝑ parte dr̄ ſic. c Jesus aūt dixit eis. q. d. bene ſcio q̄d iſti dicūt m e xp̄m cōſitendo ⁊ ꝙ hoc debeā ſuſtinere ꝓt. q: ꝺ ē ex diuina ꝺordinatōe: fm ꝙ ſcribit m. ꝓs. ꝓpter q̄d ſub dit. ꝺ Nunq̄ legiſtis q: ex ore in fan. ⁊ la. ꝓfe. laudem q. d. ꝓs ꝺ eſtis legiſperiti debetis ſcire hanc ſcripturaꝫ ⁊ per ꝓns me nō reꝓhendere. e Et reli. illis. tanq̄ exce catis ꝓ inuidiam. f Abiit foras extra ciuitatē ⁊ in hoc ꝙ dimiſit eos cotaliter. oñdit facto eos eſſe dimittendos a deo ſpūaliter ꝓpter eox excecatōes g Mane aūtez reuertens. hic cōſequēter oſtendit eos iuſte reꝓbandos a deo euidenti ſigno. in ꝫ vs ꝙ arboꝛē ſici ꝺmtm folia tm̄ maledixit. ⁊ ꝙ hoc oñdit ſacerdotes illos eſſe maledictos a deo. in q̄bus non erāt opa veritatis. ꝫ nm̄ exterioꝛ apparentia ſanctitatis. ſicut em̄ ꝓꝓhe non ſolū verbis. ꝫ alioq̄ factis. ꝓphetabant ſicut Eſa. iuit diſcalciatus in ſignū ꝙ ꝓpls ſic ducereꝰ captiuus. ita xp̄s maledixit ſicui. nō ꝓpter maliciam arboris vel defectū eius. q: non erat tps ficoꝛ vt dr̄ Mar. xj. ꝫ ad ſignificandū ꝙ ſacerdotes q̄ erāt ſine fructu bonoꝛ operū eſſēt maledicendi a deo: dicit ꝛ. g Mane aūt reuertēs. in ciuitatē. i. in hierlm. b Eſu rijt. Jſta aūt eſuries non fuit naturalis. q: in ſero ꝺceden ti comederat. nec adhuc erat hora comedendi. ꝫ ſic male dictio arboris erat ſigmatiua. ſic iſta eſuries ſignificabat deſiderū xp̄i de ſalute ꝓpli. i Et vi. fici arboꝛē vnam. ꝙ hoc āt ꝙ arboꝛ iſta non erat in via. ꝫ extra ſignificabat ꝙ ſacerdotes erant extra viā iuſticie. k Venit ad eā et nihil inuenit in ea niſi folia. q: xp̄s in ſacerdotibus nō in uenit fructū ꝑcratis. ſed tm̄ ad apparentiā ſcitatis.

l Et dixit illi nunq̄ naſcat ex te fru. ⁊ cōtinuo are. eſt q: ſacerdotes ex maledictōne dei fuerunt reꝓbati. ⁊ honoze fidei ⁊ deuotionis totaliter ꝓuati. m Et vi. di. mira. x cecī ⁊ claudi i tēplo ⁊ ſana y uit eos. Videtes aūt ꝓncipes ſacerdotū ⁊ ſcribe mi rabilia q̄ fecē ⁊ pueros cla mātes i tēplo ⁊ dicētes: o a ſanna filio dō indignati ſūt b ⁊ dixerūt ei. Audis q̄d iſti c dicūt ibs aūt dixit eis vtiq̄ d Nūq̄ legiſtis: q: ex ore i fantū ⁊ lactentiuꝫ ꝑfeciſti e laudē ⁊ relictis illis abijt foraſ extra ciuitatē i betha g niā ibiq̄ mānſit. Mane aūt b reuertēs in ciuitatē eſurijt i Et vidēs ficī arboꝛē vnaꝫ k ſecꝰ viā venit ad eā ⁊ nihil iuenit i ea niſi folia tm̄ ⁊ ait illi. nūq̄ ex te fructꝰ naſcat in ſempiternū. Et arefacta mē ꝓtinuo ficulnea. Et vidē tes diſcipuli mirati ſunt di centes. Quō ꝓtinuo aruit n Ihūs aūt ibs ait eis. amē dico vobis: ſi habueritis fidē ⁊ nō hesitaueritis nō ſolū de ficulnea faciet: ꝫ ⁊ ſi mōti huic dixeritis tollet p tacta te i mare fiet ⁊ oia q̄ q cūq̄ petieritis i oꝛōe credē tes accipietis. Et cū veniſ s ſent i tēplū accesſerūt ad eū docentē ꝓncipes ſacerdo t tū ⁊ ſeniozes ꝓpli dicētes. v In q̄ ꝓtāte hec facis Et q̄s x tibi ꝺdit hanc ꝓtātē Ihūs dixit eis Interrogabo vos ⁊ ego vnū ꝓmonē quē ſi dixeritis mihi ⁊ ego vob a dicā i q̄ ꝓtāte hec facō Ba ptiſmū iohānis vñ erat e celo b an ex hoibꝰ. At illi cogita c bāt ſe dicētes. Si dixe d rimꝰ e celo dicet nob Qua e re ergo ñ credidiſtis illi. Si f āt dixerimꝰ ex hoibꝰ timē g mꝰ turbā Oēs ei habebāt p Johēm ꝓphetā. q Et ꝓnūtes ſūt. de ſubita arboris exſiccatōne. n Ihs. aūt ſe. dixit eis. ſi ha. fidē. Ad miracula em̄ faciēda requirit fides vel ſaltē ſignū fidei. q: enī aliq̄ mali ad inuocatōez xp̄i legūtur feciſſe miracula vt dictū eſt. ū. vj. ca. o Non ſo. de fi. fa. ꝫ ⁊ ſi monti huic di. tolle et iacta te in mare: fiet. hoc eſt aliquid cāle vel maius. ꝫ em̄ apoſto li ⁊ diſcipuli xp̄i nō legūtur trāſtuliſſe montes de loco ad locū tn̄ legūt maiora feciſſe. ſicut ꝛ ſuſcitare mortuos ⁊ il luminare cecos et cō ſimilia. que nō ꝓt fieri niſi virtute di uina. cuerſio autem montiū ⁊ ꝓcipitatio eoꝝ in mari aliq̄n fit virtute nature ſicut pater i terremo tu. p Et oia q̄ pe tieritis. in oꝛone dū tn̄ oꝛo ſit. ꝙ ſe ad ſalutē ⁊ ꝓſeuerans. q Credentes accipietis. q: omis talis oꝛo ſemp exaudit licet aliq̄n exaudiū differatur. vt dictuꝫ ē. ū. vij. c. r Et cū ve. in tem. poſtq̄ ſacerdotes impugnauerūt xp̄i famam et gloriam. hic impugnant eiꝰ doctrinaꝫ ⁊ diuidit in duas q: ꝓmo ponit eoꝝ impugnatio. ſcōo ponit ipſius xp̄i cau ta enaſio: ibi. Ihūs dixit. dicit ꝛ. r Cum veniſſet in tēplū. i. in atriū tēpli. vbi cōueniebant boues ad. oꝛāduꝫ ⁊ verbū dei audiendū vt. ū. dictum eſt. s Accesſerunt ad eū docē. ꝓncipes ſacer. ⁊ ſe. Ex quo ꝓt ꝙ nō venerūt ex ignoꝛātia ꝫ ex malicia. t Dicen. In qua ꝓtāte ꝺ facis aliqui exponunt hoc de miraculis a chriſto factis. q. d. tu non facis virtute diuina. ſed arte magica. vñ. ū. dicebāt. xij. ca. In beelzebub ꝓncipe demonioꝝ ejicit demones. ꝫ ꝺ non videt verū. q: illa die nō legit aliq̄ miraculum feciſſe in tēplo. ió intelligit melius de actu docendi: quem exercebat actualiter ⁊ ꝺ ſignificat cū ꝺr̄. Accesſerūt ad eū docentē. ⁊ iō feccrūt ſibi duplicē qōnez ad terrēduꝫ eū. ⁊ ad capiendū. Prima fuit. In qua ꝓtāte hoc facis. i. qua auēte doces ꝓpls q: auctem docendi in templo haꝫbebant ſacerdotes ⁊ legiſdoctores. ad hoc aſſignan a ꝓncipibus ſacerdotum ⁊ non alij. Chriſtus aūt neutrā auctoritatem habebat. Secunda queſtio eſt. v Quis de dit tibi hanc potestatem. q: potestatem docēdi non habebat a ſacerdotibus. nec ab imꝑatoꝛe cui erant ſubiecti. et ſic a nullo videbatur habere. ſed magis ſibi vſurpare.

x Respondens ieſus dī. ⁊c. Hic exponitur chriſti cauta enaſio. qnia quaſi retundens clauuꝫ clauo ꝓpoſuit eis aliam queſtionem. ꝓ quā coacti ſunt recedere abſq̄ xp̄i rūſione: q̄ aūt iſta fuit. a Baptiſmū iohānis vñ erat e celo. i. ex diuina ordinatōe. b An ex hoibus ⁊c. i. ex humana fictōe. c Et illi cogitabāt intra ſe. vñ. ſ. rūdent di. ꝫ non bēbant ꝓpter q̄d ſequit. d Si dixerimꝰ e celo. i. ex diuina ordinatōne. c Di. nobis ⁊c. quare nō recepant baptiſmum iohis. ſed magis ſpreuerāt. ⁊ ſiſtiter ⁊ teſtimoniū iohis de xp̄o. q̄ ipi andierant per nūcios ad iohannem miſſos. vt habet Joh. j. f Si aūt di. ex hoboc eſt ex humana fictione. g Timemus turbā. ne. ſ. lapident nos tanq̄ blaſphemos: cuꝫ rō ſubdit. b Oēs

em habebant. i. reputabant. i Johannem sicut ppheas scim. s. z verū. z p ois verba ei⁹ facta ex inspiratōne diuina. k Et nō. ic. di. nesci. ait illis z ipse nec ego tē. ex sui em taciturnitate ppulsi sunt a sua petitōne cessare. Sz q̄ritur hic q̄re ī nō dit eis manifeste. q̄ stati poterat dicere q ipse nō habet auctē vocendi a sacerdotibus vel a cesare. habebat tū imediate a deo pse q̄ erat maius sic z multi. ppheē tū imediate missi ad populū tē. ex sui

k Iohem sic. ppheas. Et respōdētes ihū dixerūt Nescimus Ait illis z ipe. Nec ego dico vobis in qua ptate h facio. l Quid aūt vob videt. Hō quidā habebat duos filios z accedēs ad pmū dixit. Fili vade hodie opari i vineā meā. m Ille āt rndens ait. Nolo. Postea āt pnia mot⁹ abijt. n Accedēs āt ad alterū dixit sīr. Et ille respondēs ait. Eo dne et nō iuit. o Quis ex duobus fecit volūtatē pris. Dicūt ei: p Amus. Dicit illis ihs. Amē dico vobis: q̄ publicani z meretrices pcedūt vos in q regnū dei. r Venit. n. ad vos c Iohes i via iustīcie z nō credidistis ei. s Publicani z meretrices crediderūt ei: vos t aūt vidētes nec pniam habuistis postea: vt crederetis ei. u Aliā pabolā audite Homo erat pfamilias: q̄ plātauit vineā: z sepē circūdedit ei et fodit i ea torcular: x z edificauit turrim: z locauit eā agricolis: z pegre p fectus ē. y Cū aūt tps fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. z Et agricole apprehēsis seruis ei⁹ aliū ceciderūt aliū occiderunt alum vero lapidauerunt. a Iterum misit alios seruos plures priores et fecerunt illis similiter. b Nouissime āt misit ad eos filiū suū dicēs verebūtur forte filiū meū. c Agricole aūt vidētes filiū dixerūt intra se. Hic est heres: venite occidā⁹ eū: et hēbim⁹ ipsa iustīcia sempiterna: vt hī Dan. ix. d Et nō credi ei opa ei⁹ imitādo z doctrinā ei⁹ audiēdo. e Pu. aūt z me. cre. ei. ad pdicatōes ei⁹ pniaz agēdo. f Vos au. vi. istor. s. pniam. g Nec pniaz habuistis ad imitatōes eor. Ex q̄ seq̄t aggūatio pcti sacerdotū z pharisēor.

